

habilis: ad misericordiam facilis: in prosperis non elatus: in aduersis constans: et in trepidis satagebat: ut quod sensu preceperat opere compleret: et oris doctrinam manus operatione monstraret. Hic cum per iudeam predicaret et coram pontifice accusaret in multis. Respondit de obiectis: quod crimina dicitis non oportet me cuncta dicere: quoniam christianum esse non est criminis sed glorie. Cui pontifex. Si tibi dantur inducie vis penitere: et ille ablit ut a veritate quam semel inueni per apostasiam digrediar. Constantissime itaque christum predicando magnificauit. **S**ecundo fuit assumptio uelutis propter miraculorum operationem multa namque miracula pro illi operatus est deus. Nam in macedonia quandoque portione toricam quam visu cunctos priuabat quam sibi dederit in nomine christi bibit et nulla lesione incurrit. Et cum illa portio consplures alios exceccasset ille singulis manum imponens omnes in christi nomine illuminauit: multaque alia signa fecit: propter que multi crediderunt in christum. **T**ercio fuit uelutis assumptio matthei propter martyrii tolerationem. Nam licet aliquid dicat quod post multa bona opera in pace quieuit: tamen creditur quod martyrio fuerit coronatus: de quo etiam diuersa narrant. Nam quidam asserunt eum fuisse lapidibus obrutum alii fuisse crucifixum. Nonnulli uero securi more romano percussus. Dicitur esse quod omnia percurrerint et quod fuit cruci affixus et cum non cito extingueretur quod fuit lapidatus et antequam spiritum exhalaret quod fuit securi percussus. Huius corpus romae in ecclesia sancte marie maioris sub lapide porphyrico sepultum esse prohibetur. Et ibidem caput eius populo demonstratur. Quidam uero aiunt quod corpus illud de iudea roma deinde treuerim fuit translatum. Quia uero cum angelis et sanctis gaudet in celis ubi fruatur eterno bono. Ad quod nos perducatur ille Jesus filius dei qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quadragesimesecundus de gloria beati Bartholomei apostoli que magna ostenditur et triplici eius excellentia.

Magna est gloria eius. Scribunt hec uerba. Ps. 145. Licet ingentissima sit gloria sanctorum quam habent in regno celorum: quia habent in regno celorum: et in illa qua in ecclesia militant illustratur admirabilis est et copiosa. Ubique namque et quoties die nomen illorum sanctum et uenerabile predicatur atque de consplurimis per anni circulum festiuitas in ecclesia celebratur. Hodie uero celebris memoria recolitur beati apostoli Bartholomei quem omnes fideles deuotissime uenerantur. Hic unus fuit et duodecim apostolorum

quos ait nonnulli ex nobilibus parentibus ortum: sed rege indie et cum diutino detentis errore idololorum fuisset tandem audita fama et sanctitate ac miraculis Jesu christi in iudeam abiit: ubi ad christum conuersus perpetuo ei adhaesit et post susceptum spiritum sanctum euangelium feruentissime predicauit. Merito igitur in hoc sermone de ipsius gloria tractare debemus: quam dicit magnam illuminatus propheta propter triplicem eius excellentiam.

Prima dicitur idolatrie destructio.

Secunda martyrii toleratio.

Tercia corporis conseruatio.

Qualiter beatus Bartholomeus predicans in india idolatriam extinxit. Et de idolatrie diffinitione origine et graui offensione.

Capitulum. I.
Prima excellentia beati Bartholomei ostendens magnitudinem glorie eius dicitur idolatrie destructio. Nam in india idolatriam destruxit et populos ad christum conuertit. Accessit quidem ibi ad templum in quo erat idolum nomine astaroth in quo quidam demon habitabat qui se languentes curare dicebat. Sed cum templum languentibus plenum esset et nullum ab idolo ritum habere possent ad aliam ciuitatem pretererunt: ubi aliud idolum nomine berith colebatur. Et interrogatis cur sibi astaroth responsum non daret. Respondit berith. deus uester cathenis igneis strictus nec respirare nec loqui audeat ab illa hora qua apud dei bartholomeus india intrauit. Dicunt illi quis est iste bartholomeus. Et demon respondit. Amicus est dei omnipotentis. Et ideo uenit in istam puinciam: ut omnes deos inde euacuet. At illi. Dic nobis signa eius ut eum inuenire possimus. Quibus demon ait. Capilli eius nigri et crispi. Caro eius candida: oculi grandes: nares equales et directe: barba plixa habes paucos canos: statura equalis: induitur pallio albo quod per singulos angulos gemmas habet purpureas. Viginti sex anni sunt ex quo uestes et sandalia eius nec ueterascunt nec sordidantur. Lencies flexis genibus per diem orat et ceteras per noctem angeli cum eo ambulant quem nunquam cum fatigari nec esurire permittit. Semper eodem uultu et animo letus ac hilaris perseverat. Omnia prouidet: omnia nouit: omnium gentium linguas intelligit. Et quod uobiscum loquor ipse iam nouit: et quoniam queritis eum si uult ostendet se uobis si autem non uult non poteritis inuenire. Rogo autem uos ut cum inueneritis rogare eum ne huc ueniat ne angelus sui hoc mihi faciant quod socio meo iam fecerunt: